

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 8977

**Auteur(s) :** Guillaume de Gaillardbois [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Lisors, Notre-Dame de Mortemer (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [...1200...]

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Guillaume de Gaillardbois confirme la donation du Roule faite par son père Geoffroy de Fleury à l'abbaye Notre-Dame de Mortemer.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Évreux, Archives départementales de l'Eure, H 639.

## Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Selon le cartulaire de Mortemer (Paris, BNF, lat. 18369, fol. 6v), la donation du Roule faite par Geoffroy de Fleury, père de Guillaume de Gaillardbois, date de l'abbatit d'Adam (1138-1154). Guillaume de Gaillardbois fait la division de la terre avec les moines de Mortemer en 1134-1200 (Paris, BNF, lat. 18369, fol. 50v ; GALLAGHER, Monastery of Mortemer, Act 136 ; SCRIPTA 8631). Parmi les témoins du présent acte, on trouve Gilbert qui était prieur des Deux-Amants en 1205.

Texte d'après A

In nomine sancte et individue Trinitatis, ego Willelmus de Gaillardbosco notum fieri volo omnibus fidelibus sancte Ecclesie tam presentibus quam futuris, me dedisse et presenti carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte Marie Mortuimaris pro salute anime mee et antecessorum meorum et heredum, quicquid ex dono patris mei, Godefridi de Flori, et meo (sic) apud locum qui dicitur Rollum predicti loci fratres possident, scilicet, terram in qua grangia sita est, et vivarium et pomerium et unum pratum in capite vivarii, cujus latitudo est a vivario usque ad ultimum fossatum castelli de Villanis, longitudo a castello usque ad montem in alia parte, pro quo accepi de caritate ecclesie .XX. solidos, cujus testes sunt, magister Willelmus de Rosei, Albericus prepositus, Hugo Bochart, Johannis filius Droart. Pratum quoque quod est inter pratum Attardi de Leons et pratum monachi de Villanis, extenditur a via de Leons usque ad montem ex altera parte versus Villanas, etiam est tante latitudinis juxta aquam per totum, quante latitudinis juxta viam, cujus testes sunt, Sanson monachus, Rogerus filius Anseri, Herbertus serviens. Insuper et terram ad faciendam trenchieam ad ducendam ripariam extra vivarium que extenditur a capite pomerii mei de Villanis per medium pratum usque ad redire montis, et inde per desub pedem montis usque ad grangiam, et preter hoc partem [...] mei juxta terram Rolli, et quicquid terre est a capite vivarii inter trenchieam vivarium. Et quicquid continetur de feodo meo infra novum fossatum fratrum et totum alveum riparie ad propriam piscationem a fossato usque ad terras de Rosei, pro quo accepi de caritate ecclesie .XL. solidos, cujus testes sunt, Hugo de Londa frater meus, Robertus filius Helye, Hugo Bochart. Hec omnia eis dedi et concessi in elemosinam

perpetuam, liberam omnino et quietam, et ut inperpetuum rata permaneat, sigilli mei impressione firmavi. Testes, Gislebertus prior de Monte Duorum Amantium et totus conventus, Balduinus de Cantelupo, Godefridus Boldart, Robertus Saporis.